



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

48. An non reuelantes læsæ Maiestatis crimen in Cardinales perpetratum, gaudeant Immunitate Ecclesiae? Idem dicendum est de non reuelantibus crimen læsæ Maiestatis in personam Principis. Ex part .5. ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

RESOL. XLVII.

An mandantes offendi Cardinales, si effectus non sequatur, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & priventur Immunitate Ecclesiarum?

Et notatur, eum, qui offensionem nomine suo factam Cardinali ratam habet, Immunitate Ecclesiarum non gaudere, præter incursionem excommunicationis lata contra eum in Bulla Cœnæ. Ex part. 5. tract. 2. Ref. 87.

§. 1. Non privari immunitate Ecclesiarum videtur respondendum, quia ex mandato mandans non obligatur nisi mandato executo, & si is qui exequitur, Inst. de mandat. & ex l. 3. ff. eod. quod magis confirmatur, quia mandans offendi Cardinalem non incidit in censuram Bullæ Cœnæ, si effectus sequutus non fuerit, vt docet Vgolinius in Bulla Cœnæ. part. 2. cap. 11. ver. nec non ea mandantes, §. 2. n. 1. Alcius de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 12. cap. 6. col. 4. Grassius lib. 4. decis. part. 1. cap. 18. num. 117. Sayrus de cens. lib. 3. cap. 15. num. 9. Soula in Bulla Cœnæ, cap. 12. disp. 63. concl. 1. num. 2. Barbosa in Collect. Doct. tom. 3. lib. 3. tit. 9. cap. 5. num. 9. Bonacina in Bulla Cœnæ, disp. 1. g. 12. cap. 15. num. 8. & 9. cum aliis. ergo, &c. Vide etiam Scortiam in Bulla Pont. epit. 109. theovom. 297. & epit. 166. theorem. 420.

2. Sed ego affirmatiuam sententiam tenendam esse puto, quam tucet Peregrinus tract. de immunit. cap. 11. num. 1. & ratio est, quia in cap. felicitis, de penis, in 6. punitur etiam mandatum, vt obseruat Monachus ibi num. 1. in verbo mandauerit, & num. 2. Archidiaconus ibi num. 11. in eod. ver. mandauerit. Io. Andreas ibidem, ante num. 1. in verbo facientes. Afflictus in tit. quæ sint regalia, in verbo, & bonâ committentium n. 105. Gigas de crimine læsæ Maiest. lib. 1. vubr. qualiter, & à quibus crimen læsæ Maiestatis committatur. g. 5. n. 13 quos refert, & sequitur Farinacius in sua præf. crimin. p. 2. tom. 2. tit. de crimine læsæ Maiest. g. 112. n. 91.

3. Quod autem mandans effectum non sequuto nõ incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, non est mirum, quia in dicta Bulla principaliter excommunicatur faciens, & secundario mandans, & proinde non est mirum si mandans non excommunicetur nisi effectu sequuto per mandatarium, sed in c. felicitis, ita principaliter excommunicatur mandans & punitur, sicut faciens, & ideo non est mirum si mandans immunitate Ecclesiastica non gaudeat etiam effectu non sequuto per mandatarium. Adde quod noster doctus & amicissimus P. Duardus in Bulla Cœnæ lib. 2. cap. 11. g. 12. num. 1. & 4. & g. 14. num. 2. satis probabiliter docet, ex vi Canonis Bullæ Cœnæ excommunicari mandantes offendi Dominos Cardinales æquè principaliter, ac facientes, & ideo incidere in excommunicationem, etiam effectu non sequuto. Quod probatur ex dictione nec non, in textu posita nam Romanus Pontifex post excommunicationem latam contra dicta crimina committentes, extendens illam ad mandantes, rata habentes, ac auxilium, consilium, fauorem præstantes, &c. sic ait Nec non ea mandantes, vel rata habentes, &c. At dictio illa, nec non, cum ex duabus negatiuis constet, proculdubio affirmat, & copulat æquè principaliter, vt habetur ex text. in §. sumque hoc, in præem. Inst. & nos supra diximus can. 2. g. 6. Confirmatur, quoniam dictio illa, nec non, æquipollet copula, & quæ quidem facit venire copulatum principaliter, non autem accessorie, vt per Abb. in c. sape n. 7. de verb. sign. & in c. querelam n. 5. ac latè Iasonius cum aliis, quos allegat in l. 1. n. 5. ff. de inst. & iur. Nec mirum si ex solo mandato quis ligetur, quoniam hoc ipsum mandare

est delictum consummatum; vt habetur ex Ioanne Andrea in add. ad text. in c. 1. in ver. mandauerit, de hom. lib. 6. & hanc sententiam tenet glossa in Clem. 1. ver. mandauerit, de pen. Ergo etiam si non sequatur effectus, mandans insequi & offendi Cardinales incurrit in excommunicationem Bullæ, & ita hanc sententiam præter Duardum docet Sebastianus Aosta in Bull. Cruciat. g. 65. Notandum est etiam hic cum Peregrino vbi supra num. 2. cum, qui offensionem nomine suo factam Cardinali ratam habuit, immunitate Ecclesiarum non gaudere, præter incursionem excommunicationis læsæ contra eum in Bulla Cœnæ, de qua vide citatos Doctores.

RESOL. XLVIII.

An non reuelans læsæ Maiestatis crimen in Cardinale perpetratum, gaudeat Immunitate Ecclesiæ? Idem dicendum est de non reuelantibus crimen læsæ Maiestatis in personam Principis. Ex part. 5. tract. 2. Refol. 90.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Peregrinus de immunit. Eccles. cap. 11. num. 5. vbi sic ait. Limitatur priuò, non procedere in eo, qui non reuelat coniurantes, vel conspirantes vel machinantes in personam Cardinalis, ante vel post delictum commissum, & eorum fautores, receptatores. Nam licet per non reuelationem non incidat in crimen læsæ Maiestatis, vt patet ex Bulla Pij V. quæ incipit, Infelicitis seculi, vers. quicumque tamen non privatur Ecclesiastica immunitate, quia crimen est omissionis, & non commissionis contra personam Principis, & in præsentem Constitut. Greg. XIV. excipiuntur ab hac immunitate delinquentes committendo ( non autem omitendo ) contra personam Principis, vt dictum est supra cap. 10. n. 11. Ita Peregrinus.

2. Verum hanc rationem, quam pro sua firman- da sententia adducit Peregrinus, non admittit Farinacius in Append. de immunit. Eccles. cap. 41. n. 186. & Marius Italia de immunit. lib. 1. cap. 5. §. 7. n. 52. afferentes læsæ Maiestatis crimen in \* personam Principis non reuelans, si ad Ecclesiam confugiant illius immunitate non gaudere; sed crimen læsæ Maiestatis in personam Principis comittit, qui offendit Cardinales, vt supra probatum est, & docet ipsemet Peregrinus; ergo talem reum non reuelantem immunitate Ecclesiasticam non gaudere dicendum erit. Vnde si casus acciderit, puto debere Episcopum statim Summum Pontificem certiorare, & delinquentem interim cautè custodire.

Sup. hoc in Ref. 50. §. VIc.

RESOL. XLIX.

An receptatores, & defensores interscientium Cardinales incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ?

Sed difficultas est, an dicti receptatores, &c. incidant in censuram latam in cap. Felicitis de penis in 6.

Et an licet excusetur ab excommunicatione, qui Clericum turpiter inuentum in continente percusserit, id tamen non satis videtur in percussente Cardinalem; Episcopum, & alios Prælatos expressos. &c. Ex part. 5. tract. 2. Ref. 91.

§. 1. Quoad censuram Bullæ Cœnæ, qui post commissum crimen recepat, vel defendit tales reos, siue vt amicos, siue formaliter vt criminofos, non incidere in dictam excommunicationem; secus autem